

17
1. 1
2. 1
3. 1
4.
5. 1
6
7. 1
8. 1



Hist. lit. 4. num. 12.

anno
DISSERTATIO JURIDICA,
DE
PRÆSTANTIA JU- 1734, 5.
RIS LUBECENSIS 13

Circa

addu.
12. 64.
FIDEM CIVIUM AUGENDAM,
Von dem durch das Lübsche Recht ausnehmend beförderten Credit-Wesen,

Quam

DEO T. O. M. SECUNDANTE
Indultu Jctorum Ordinis
Anno MDCCXXXIV. d. 1. Maji

PRÆSIDE

DN. ERN. JOH. FRID.

Schanzel,

PHIL. & JUR. DOCT. atque INSTIT. PROF. ORD.

Promotore Studiorum Suorum Humanissimo,

IN ACADEMIÆ PATRIÆ
AUDITORIO MAXIMO

H. L. Q. C.

Inter amicos discursus
defendet



HENRICUS NETTELBLADT, Rostoch.

Jur. Stud.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampliff. Senat. Typographi.

Inclytæ Reipublicæ Rostochiensis

SENATUI

AMPLISSIMO,

Illustris hujus Academiae **COMPATRONO**

Munificentissimo,

VIRIS

MAGNIFICIS, PRÆNOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMIS atque SPECTA-
TISSIMIS, DOMINIS

CONSULIBUS *Splendidissimis,*

SYNDICIS *Dexterrimis,*

SENATORIBUS *Meritissimis,*

PROTONOTARIO & SECRETARIO

Fidelissimis

Dominis Patronis, Fautoribus & inter

illos PARENTI, Agnatis

Cognatisque

Omni Honoris cultu devenerandis, colendis, hanc dissertationem
sub sui commendatione obsequiosissima sacram cupit

TANTORUM NOMINUM

deditissimus Cultor

HENR. NETTELBLADT,



Q. D. B. V.

INTROITUS.



Us Civile est, quod cuique civitati est proprium, & quod quisque Superior in suo territorio constituit, ad æqualitatem inter suos cives servandam, per l. 6. ff. de Justit. & Jur. §. 2. l. de l. N. G. ex C. unde adhuc majori confidentia Jus Lubecense Jus Civile

Lubecanum appellare potuisset B. SIBRAND. Antecess. hujus Alma celeb. diff. Jur. Civ. & Lub. th. 1. Ut ut igitur veritas ubique sit eadem, tamen illud assertum tantum erit capiendum de iis quæ sunt fundamentalia, & in quibus dominatur æterna atque perpetua ratio; Quod enim ea concernit, quæ instar problematis sese habent, in illis sine omni injuria statuentium sese ex serunt differentiarum variorum jurium, ita, ut de neutraparte queat asseri quod absurdi quid sapiat, sed potius ubique cogitandum erit: *No sic quidem male.* Tribus, si Jus Naturæ propter casuum infinitam varietatem non potest solum regere Remp. sequitur, quod pariter, ob diversam rationem status, ubique ordinari debeat Jus Civile, quod non per omnia sequitur Jus Naturæ, sed interdum ipsi aliquid detrahit, interdum aliquid addit.

Qui jus Romanum intelligit atque interpretatur, simulque agnoscit, quod Historia Romana sit optimus illius Juris

A

commen-

*Exponitur
Gloria Jus-
ris Lubec-
ensis &
insinuatur
institutum;*

commentarius, is ubique observabit, quomodo dispositiones specialiori nitantur ratione status, & ita luditur per omnes alias Resp. & nationes, ita, ut receptio juris peregrini, non nisi cum grano salis fieri debeat; Et hinc illæ lacrymæ in nostra Germania.

Sed hæc alibi rimati sumus satis; Ocasio jamjam ea in transitu, meditandi, est institutum scribendi *Positiones academicas, De præstantia juris Lubecensis circa augendam civium fidem, von dem das Credit-Wesen sonderlich befördernden Lübischen Rechte.*

Famosa sunt illa scommata, quibus insultatur juri Lubecano v. g. Es sey ein glupisch Recht: Eine Gauckel-Tasche: Ein Koll-Wagen, den man so schieben könnte als man wolle; & quæ sunt alia quæ ab hujus Juris magis imperitis, quam peritis, effutiuntur; Sed habuit ante nostram tenuitatem suos jam digniores defensores, ill. BOHMERUM, B. AMSELLIUM, Consult. Dn. D. GOEZIUM B. LANGIUM & alios quapropter hac ipsa voce tantum provocamus omnes quibus hic vel ille articulus crucem figit, vel lubricus, vel irracionabilis videtur, confidentes, fore ut eandem in laudes hujus juris moveamus. Id simul in aurem autem dicimus, quod illa nefanda prædicata von Gauckel-Tasche &c. sint antiquiora quam Revisio hujus Juris, facta ab anno 1582. unde vehementer male agunt, qui sine historia dictionis & Juris hujus antiquissimas narnias super hodiernam Juris Lub. Compagem effundunt. Qui specimen mutationis & ordinis quantitatisque diversitatem observatam cupit adeat *Exc. Dn. D. HELVIGII Juri Gryphici consummarissimi diss. de Juris Lub. non-usu in Civitatibus Pomerania hab. 1733. p. 10. sqq. Conf. Exc. Dn. D. Deo Anleitung zur Historie des Lübischen Rechts p. 16. f.*

Conditores Juris, ut utamur magni MEVII verbis, recte invigilant duabus rebus, Fidei nempe firmandæ, & delictis coercendis; Fides enim est justitiæ fundamentum, & fidem fallere grave, & Reipubl. adversum est, id quod adeo verum, ut non indigeat allegatione *L. 1. S. 4. ff. de Pactis. Gloriose*

Gloriosè igitur, ex merito, *DIVUM* illud *VAS DEI*, *DAVID MEVIUS* in *Prolegomenis Commentarii* qv. i. n. 60. scribit: *Urbs Lubeca fide semper floruit & laudabili conamine excellere studuit, posthabitis singulorum, presertim liberorum & faminarum commodis ea edidit statuta, quibus fides nutriretur & commercia securius colerentur.* Inclusit his ipsis maximam hujus Juris rationem status, atque in antecessum Interpreti atque Judici indice monstravit digito, undenam in passibus singulare quid & durum sapientibus haurienda sit dispositionis ratio: Nul- lum enim civitatis jus ceu *IDEM* in *dedicatione illustris hujus operis, qua simul hanc nostram celeberrimam Urbem Hanseaticam ROSTOCHIUM tangit*, insit atque disserit, recte intelligitur, nisi reipubl. Forma, legislatorum finis & intentio indagetur, nam quibus incognita & non satis perspicua sunt statuto- rum Lubecenium rationes male de illo respondent, siquidem jus Lubecense suis propriis fontibus magis, *vid. omnino Excell. Dn. D. NETTELBLADT, Polyhistor & JCrus Gryphicus tot labori- bus famigeratissimus, Fautor & Agnatus nobis colendissimus, aman- tissimus, diss. spec. de Fontibus Juris Lubecensis edecumata, quam L.L. Romanis nititur, ergo ex Civitatis institutis & moribus erit explicandum. Utrum hujus asserti semper memor fue- rit MEVIUS judicent alii, vid. Dn. WESTPH. mox laudanda diss. p. 6.*

Ergo ex commercii favore in interpretando & appli- cando Jure Lub. semper judicandum, *vid. Consult Dn. D. SCHUMACHER diss. inaug. de Commun. Bonor. hab. Praesid. Exc. Kil. JCrus VOGTIO Anno 1722.* Ergo meretur omnino hoc Jus illas laudes quas concessit Consult Dn. D. *WESTPHAL, jam Aula Hofsat. Ornamentum splendidiss. diss. de Origine Fontibus & Elogio, speciatim a p. 60.* Ergo cordatum est votum *Ill. HOFF- MANNI JCrus Viadr. in spec. de LL. Vet. Germ. p. 145*, ut omnes nomothesium Lubecensem imitentur, ut ita magis consula- tur rei publicæ. Legatur circa hæc omnino *ILLUSTRIS SE- NATUS LUBECENSIS Prefatio solidissima Juri suo pramissa.*

Ergo Fides in commerciis ubique stabilitur hoc illustri Jure, id quod adeo imitabile fuit habitum, ut in multis urbibus LUBECÆ, ceu capitis Foederis Hanseatici, gloriam pro norma ponentibus, imo illorum appellantis, receptio ambabus manibus facta sit. Et dolemus quod successively in plurimis locis, ubi vigere Jus Lub. in folle dicitur, ne tertia quidem illius pars in usu amplius sit, cujus rei causas indagare haud esset difficile, eadem enim illæ sunt, quæ jus Patrium Germanicum, tam generale, quam speciale, obscurarunt; Quicquid enim in academiis non docetur, id vel manet futuris Practicis incognitum, vel sordet iisdem, & cum tempore eo devenitur, ut scrutantibus, & in domestico jure eruditus non amplius sit res integra, de aliis autem valet illud vulgatum, tam in theoria quam praxi, ubi pariter jus datur & redditur: *Quod quis ipse non habet, alteri dare non potest.*

Placuit hisce diebus Positiones quasdam adaptare certamini cathedrali & quia hujus Academiæ Professoribus Juris, ob adeo frequenter datas respondendi occasiones & hujus urbis Civibus, juris cultoribus, patriæ, si Deo ita visum fuerit, in futura vita inservituris, specialiter convenit ut peritiam in jure Lubecensi sibi conciliant, eam nobis tecimus voluptatem, ut thema exinde caperemus. Jacta igitur alea ex variis hoc jus ferientibus præconceptis atque selectis thematibus, id quod rubrica fert, cecidit in manus. Accipiat igitur gratosus Lector, more nostro expositas Positiones, partim enim deficient anni & menses uni scribendæ dissertationi insumendi, partim bene nobis constat quod parum scripturi sumus, quod non scriptum sit prius. Æquus interea Censor forte hoc intuitu observabit, minimum habebit nonnulla, quæ in tali contextu grata erunt lectu. Imo si & hæc spes nos fallat, sufficit, academicæ conscientia consultuisse.

Deus ducat sua gratia dignos per omnem veritatem.

TRACTA-

TRACTATIO.

§. I.

Putamus nos jam satis intelligere amicos Lectores, & simul sentire, nos differentias meras Juris Lubecensis & Juris Communis Romani tradituros; Quæ enim pro servanda fide hic militant in conformitate cum Jure Communi, ea nos jam non feriunt, quia hac vice de *prestancia* hujus juris differimus, vulgo von dem das Credit-Wesen sonderlich oder aufnehmend befördernden Lubischen Rechte. Oportet igitur vox *prestancia* habere aliquam relationem imo oppositionem. Ordinem observabit B. L. arbitrarium.

*Dabuntur
differentie
Jur. Lub.
& Comm.*

§. II.

Insigniter itaque augetur fides Civium & salus Reip. per communionem bonorum inter Conjuges; vid. *Consult. honorem inter Conjuges auget fidem.* *Dn. Lic. ZERRAHN, Pract. Lub. Feliciss. diss. inaug. de Commun. bon. conjugali secundum Jus Lub. p. 5.* Multi enim credituri, propter singulare prælationis jus, quod uxoribus in concursu, de Jure communi, competit, veriti, ne aliquando cedere debeant multum absorbenti juri uxorio, difficiles sunt. Quamvis enim fidejussio cum solemnitate omni jure uxores in gratiam creditoris, sibi per eam prospicientis, teneat, tamen multis eadem juris cautela exposita est tricis & incommodis. Rectius igitur Jus Lub. *Lib. I. Tit. V. art. 7. coll. Lib. III. Tit. I. Art. 10.* communionem bonorum qua hunc effectum solutionis pro marito, scil. qua debita post matrimonium hocce contracta, statuit atque ordinat, simulque tollit distinctionem bonorum uxiorum inter dotalia & paraphernalia, salvis manentibus receptitiis; Merito enim qua jura Conjugum ubique recederetur a Jure Transalpino, postquam nexus conjugalis non adeo tenuis & inconstans est ac illo jure fuit: Rectissime igitur uxoribus & conjugibus portio statutaria assignatur, & ob hujus correlativum

A ;

merito



merito in casu oppoſito pro alterutrius are alieno tenentur, *Der in Hoffnung ſihet zu profitiren, muß auch in Gefahr ſtehen zu verliehren.* Utut alicubi hic paſſus Juris Lub. in tantum ſit mutatus ut ſemper capiatur portio ſtatutaria, nunquam autem uxor promarito ſolvat; qualis Praxis viget Anclami teſtante ipſo A. Senatu, vid. B. FRIEDLIEB, *Pract. Forenſ. Paſcio. Formul. p. 361.*

An recte
distinguat
Jus Lub.

§. III.

Unicum quod circa hoc Juris hujus comma offendit ſerutantes, eſt diſtinctio inter Matrimoniam prolificum & improle, eo effectu notorio ex *Lit. I. Tit. V. art. P. coll. 7. & Lit. III. Tit. I. art. 10.* Videtur enim primo intuitu ac ſi ex oppoſito ſtatu etiam debuiffet, Conjugem improlem non nanciſci portionem ſtatutariam; Sed diverſitatis rationem mox palpat, qui capit mentem regulæ: *Qua in alicujus favore introducta ſunt, non ſunt detorquenda in ejusdem odium.* Quæ autem, quæſumus, eſt ratio diſtinctionis hujus, quæ favore liberorum & odio ſtatus improlis debuiffet forte plane eſſe inverſa? Etiam Heroes circa hunc paſſum hæſitant & MEVIUS eſſe, prudentem vetuſtatem nil ſine ratione ſtatuiſſe, utut nobis non facile in oculos incurrat, quid intenderit; Vocat in ſubſidium textum *l. 20. ff. de LL.* quem tamen ad tales caſus qui non in annis & numeris conſiſtunt, trahi non patimur; Allegat ſpecioſiores quasdam rationes in quas tamen ipſe nom multum ponit fiducia; Unde tandem hanc crucem deferens ſcribit: *Sed hæc tranſeant.* Id certo certius verum eſſe cenſemus, unam quandam rationem ſtrictim ſumptam non dari, qua nititur ſtatutum, ſed plures rationes ſimul junctas illud ſtabilire; Liceat mentem noſtram in vernacula exprimere: *Man hat beerbte Ehe-Gatten wollen wegen der vernünftlichen Liebe gegen ihre Kinder dadurch noch fleißiger und behutsamer in ihrem Wandel, auch zugleich in ihrer Kinder-Zucht ſo vorſichtig machen, daß ſie nicht, wie oft geſchicht das Geld borgen und die Kinder davor in Wolluſt erziehen laſſen,*



auch der Frauen allerley unnöthige Verschwendungen in Kleidungen &c. erlauben, gedenckende wemns auch ſelb ginge, daß ſich denn doch der Vater ſo wohl, als die Kinder unter der Frauen und Mutter, die das Ihrige ſalviret, Schürke verbergen könnten. Und da von einem Ehe-Paar ob es gleich ſcheint nicht beerbet zu werden, doch lange hin mit Gewißheit nicht ſagen kan daß es also bleiben werde, ſo hat das Statutum auch biß die Frau über 50. Jahre alt immer noch die Wirkung daß aus Furcht vor dieſe eventus Fleiß und menage und zwar nur ratione der fraulichen excellen geübet wird. Dazu kömmt denn das odium der zweyten Ehe ratione einer Wittwen die Kinder hat, und der favor derſelben bey einer Unbeerbten; Und ob es gleich ſcheinet, daß man ein hartes medium gebrauchte, einen kleinen guten Zweck zu erhalten; Indem die Kinder und Wittwe, ſo wenig einen reſpective Mann und Stieff-Vater bekommen, als daß ſie auch ſelbſt hätten, wovon ſie leben könten, ſo iſt doch dergleichen Inconveniens nur dann und wann anzutreffen, zugeſchwiegen, daß die Wittwe, wenn ſie ehrlich thut und Gott fürchtet, allerley Durchhülffe gersinnen kan, und daß die Kinder, die nichts haben, oft bessere Leute werden, als die viel erben; Die Raifon d'etat aber, wachſame und fleißige menagirende Ehe-Leute in der Republicque zu haben, iſt allgemein, und ſolglich gründet ſich dieſe Diſtinction in einem nicht unbedeutenen Raifonnement.

§. IV.

Hæc quæſi ſpecimi nis loco: Nam varias & intricatas huc ſpectantes quæſiones, propter compendium in mantilla hac vice ſiſtere placet. Circa eam partem juris, quæ de jure in re agit, ſeſe offert illud celeberrimum Brocardicum: Hand muß Hand wahren; Lib. III. T. 2. art. 1.2. Solet idem illud pariter allegari ab illis, qui Jus Lub. accuſant nimii Rigoris, & solet juri Romano hac occasione panegyricus cani; ſed ſalva res eſt, & niſi ferias nobis feciſſet B. Joh. AMSEL Jctus Region. Diff. ſpeciali de Rationabilitate Canonis Juris Lub. Hand muß Hand wahren habita anno 1698. Certe

Canon.
Hand muß
Hand wahren
angen
ſidem.

Certe laxioribus demonstraturi essemus, quod Juri Rom. in hoc passu suum pretium, Juri Lub. autem & sua gloria maneat. Speciosum est: Quoties alter à me causam possidendi, sc. naturaliter tantum habet rem meam, toties quia dominium acceptandi & transferendi intentio in neutro fuit, Res manet dantis, e. g. commodantis: Ergo: si rem eandem apud tertium observo, valet regula: *Ubi rem meam invenio, ibi eam vindico*. Belle; sed audiatur & altera pars: Da ich meinen Glauben gelassen, da muß ich ihn wieder suchen: Ergo conferatur ratio status, & consideretur quis in collisione minori juris favore dignus sit, Commodans, an vero ille Tertius bona fide à commodatario rem illam emens vel in pignus accipiens. Certe si ad favorem commerciorum & fidem respicere fas est, jura illius tertii prævalent, denn der einem etwas leihet, und seinen Glauben bey demselben läset, der muß auch schon eventualiter so viel Vertrauen auff desselben Umständen de haben, daß falls er ihm die Sache ruinirte, oder von Händen brächte, er seinen Regress an ihn zu nehmen wisse. Accedit, quod Jus Lub. unicæ tantum actioni personali scilicet, Jus Civile autem duabus, imo non nunquam, tribus paret viam. Est equidem in jure Lubecensi etiam à domino placet, via ad duas actiones, quia datur licentia reluendi ab invito tertio, per clara verba, er mußes lösen, sed quicquid sit, nostro scopo hoc non contrariatur.

Quæ objicere placuit & placebit, in conflictu publico expedientur. Sufficit nobis, quod feriat hoc caput Juris Lub. scopum Dissertationis, nam multum promovetur per illud commercium, dum non adeo scrupulosus quis esse debeat circa rem quandam sibi comparandam, vel pignoris loco acceptandam, si scilicet afferatur ab homine, quem equidem stellationatus forte reum, non tamen furem quis esse à probabili considerat. Quod præterea non solum commodatum afficiat hæc regula satis clare docet *Tit. 2.*

S. V. Quod



§. V.

Quod canon sæpe memoratus non spectet ad res furtivas & alias vitiosas, regulariter, in adjecto est; *Conf. art. 8. 9. tit. 4. Lib. III.* vid. etiam *Lib. VI. Tit. 4. art. ult.* ubi uti ante qua res so sber See und Sand gekommen, si scil. post annum & diem a præsentē volunt vindicari. Unde cum die, multi propter rationem: *Da ich meinen Glauben,* supercilium explanant; Ast quod juxta dispositionem *art. 3. Tit. 1. Lib. IV.* quartus possessor equum furtivum vindicaturō denegare possit, plane plurimis damnabile manet, quia nimis amare tollit regulam, quod vitium comitetur rem, non obstante præscriptione, per *art. 209. C. Crim.* Verum bona verba quæsumus, quia in terminis habilibus hæc dispositio non caret sua prudentia; *Vid. Consult. Dn. PFORTHUSEN Præs. Exs. D. DINKLERO Lips. proposita Differentia Juris Lab. & Communis in Criminalibus diff. 3.* Restrictiones, quas interpretando facit *B. MEVIUS* tales sunt, quæ minus extenuant usum practicū hujus tituli, unde non plane cum ipso consentire possumus. Distinctio enim e. g. inter equum notorie & dubie furtivum, & quæ sunt alia, placidam merentur annotationem; Quod autem strictissime de equis sit capiendus articulus, pariter putamus, & quidem ob eam rationem, qua utitur *Dn. PFORTHUSEN*, quod scil. equus sit animal cujusvis conspectui & notitiæ magis expositus, quam ulla alia res.

An canon ille officiat rei vitiosæ.

§. VI.

Placet addere observationem quam exemplaris commentarii Meviani ante nos Possessor adscripsit margini, verbis: *Monuit quondam ad artic. 1. Tit. 2. Lib. III. Celeberrimus LINCKIUS, JCtus Altorfensis, quod dispositio hujus articuli sit accipienda de eo saltem casu, ubi commodatarius est solvendo: Ita ut si solvendo non sit, Commodanti omnino competat rei vindicatio adversus tertium; Alias enim summa hic subesset iniquitas; Sed nostro caret calculo hæc doctrina Linckiana, quam forte discursu fugitivo protulit, nam in scripto quodam hujus Viri*

Explicatio nova B. Linckii notata.

B

candem



eandem reperire haecenus non licuit. Anticipavit hanc ob-
 servationem refutando *MEVIUS* etiam *n. 32, ad art. 2.*

§. VII.

*Exceptio-
 nes non
 nullae.*

Memorabilis est exceptio ab hac regula, quam patefa-
 cit *art. 17. Tit. 8. Libri III.* ubi circa sartorem pannum in for-
 mam redigendum alienantem aliter deciditur; Doctæ docet
MEVIUS, dispositionem non spectare ad contractus, in
 quo nullum jus in re, nec usus in aliquem transfertur;
 Nam de locatis rebus concedit *n. 17. ad art. 2.* De Depositis
 res in controversiam vocatur; Vox *Vertrauen* in articulo
 videtur illuc referenda esse; Verum quia hic scribitur *austeybe*
 und *vertrawe*, est vox *vertrawe* non de Deposito statim accipi-
 enda Accedit argumentum, quod depositarius alienans magis
 pro fure habeatur, quam alius, unde & ad Mandatarios
 hoc extendere volunt pauci; Argumentantur porrò a præla-
 tione deponentis in concursu, de qua inferius. Nos, salvo
 restiori, in illa sumus opinione, quod nec depositum
 nec mandatum ex mente statuentium sint eximenda a
 scopo regulæ: *Hand muß Hand wahren.* Res immobiles
 locatam ex insigni ratione status exaggerat *Celeb. Dr. AUTOR*
der Anleitung zur Historie des Lübschen Rechts p. 29.

§. VIII.

Pergimus ad aliam speciem juris in re, nempe *Pignus &*
hypothecam. Salubria sunt, quæ Jus Commune disponit, aut
Angetar fi- saluberrima in Jure Lubec. obveniunt. Distinctio nimirum
des per di- inter pignus & hypothecam, quæ in concursu creditorum
stinctionem de jure communi nihil operatur, hoc jure ex sanioribus
inter pi- principiis, & quia veteres Germani hypothecas conventio-
gnus & hy- nales plane ignorarunt, genuina morum patriorum condi-
pothecam. tione adeo valida & efficax est, ut is, qui habet bona fide,
vid. art. 10. ein *Handhabend Pfand*, scil. rem mobilem quan-
 dam, nam de immobili placet non capiendum, rite atque
 solenniter illud vendere, & post sibi tributam indemnitati-
 onem

onem reliqua ad massam curatori bonorum extradere. En
 illustrem passum, qui auget fidem, adeo, ut cessante scrupu-
 lulo alio utrum res sit aliena propter canonem: *Hand muß*
Hand wahren, nec hunc sibi quis facere debeat, utrum pi-
 gnus ad manus tradens adeo jam sit per hypothecarum in-
 res suas constitutionem, vel per alia nomina privilegiata
 obrutus, ut brevi abhinc excitato concursu nil juvet soler-
 tissima rei oppignorata custodia. Si placet forte objicere,
 eo ipso minui fidem qua creditores hypothecarios, respon-
 sio in promatu est, quod augeatur potius, vel quod mini-
 mum vigilantiores reddantur hypothecarii, observantes
 mox pallium, mox annulos, mox vasa argentea e. g. *Die*
Coffee-Rantze &c. fieri invisibiles. Unde vel magis labo-
 randum illis, qui fidem quarunt, vel imminet citius con-
 cursus, quia crassius tunc est errare, & plus sperare de fa-
 cultatibus alicujus quam in illis est. Exaggerat insuper
 B. MEVIUS rationem status a securitate commerciorum
ad art. 5. Tit. 4. Lib. III. n. 22. in eo nimirum obviam, quod
 patiens pignus aliorum transferri remisisse jus in re censea-
 tur, & quidem ita, ut mere personali actione experiri tan-
 tum debeat. Quæ autem de actione hypothecaria personali
 hoc loco allegato CARPZOVIO differit MEVIUS n. 31. illa ana-
 logiæ juris, præsertim Lubecensis, plane sunt contraria,
 nec juvant textus *l. 2. & 14. C. de Pignor.*

§. IX.

Si circa sabuberrimam hanc praxin interea dicendum *Dubium*
 quod res est, non putamus Legislatores in mente habuisse *moveretur*
 præferentiam illam in concursu creditorum; Loquitur enim *circa sex-*
 textus de casu speciali, & sic fit connexio: *tus intem-*
welcher ein Handhabend Pfand hat, näher dabey zu bleiben, den
tionem.
von dem andern davon zu treiben. Quia vero praxis est indubi-
 tata ex perpetua doctrinali & usuali interpretatione, ob to-
 tius juris rationem status, quæ hujus scriptionis est obje-
 ctum, ambabus hoc nobis arripimus, *Conf. Exc. Du. LEYSER*

Medit. Spec. 223. med. 1. verbis: Turbat hac res, scilicet juris communis dispositio aliquantulum securitatem fidemque publicam, & efficit, ut oblati licet pignoribus difficiliter creditor reperiat. Concordant illustria Statuta Hamburg P. II. Tit. 4.

§. X.

*Spociatim
aueatur fi.
des per hy-
pothecas
publicas.*

Pari fundamento augetur fides circa *Hypotheas*, præsertim in rebus immobilibus. Disponit enim *art. 1. Tit. IV. Lib. III.* quod nulla hypotheca in fundis domibusve valeat, nisi sit publica. Pium in plurimis locis est desiderium, quod circa hypothecas publicas non detur melior tutiorque providentia; Imo perniciofa a nonnullis traditur doctrina quod hypothecam publicam constituere sit actus voluntariæ jurisdictionis, quo ipso omnis fides in lubrico ponitur, & tota ratio status *der Land-und Stadt-Vidder* ruit & annihilatur. Displicet nobis, pace aliorum, doctrina, quod quævis hypotheca legalis sive tacita sit ita publica ut prælationem mereatur, vid. *Exc. LETSER. Medit. Spec. 226. med. 1.* Scandalosum satis est, quod nondum ubique ad exemplum *Saxoniz & Lusatiz* vid. *B. LUDOVICI, Concurf. Process. Cap. X. §. 5.* abrogatus sit textus *l. 11. C. qui pos. in pign.* ubi permittitur hypothecam publicam coram tribus testibus constituere. Reipublicæ vehementer interest, ceu sub introitu scripsimus, ut civium fides augeatur. Laboremus igitur, ubique, ut processus executivus, & præsertim cambialis sonorus sit; Ut hypothecæ publicæ vis non solum, sed & constituendi modus sit aptus atque tutus; Ut prælationes non fundatæ tollantur, & multa mala arceantur, & multa commoda enalcentur.

§. XI.

*Limitatio-
nes expo-
nuntur.*

Quod de rebus mobilibus non agat textus, ipsa verba docent: Et quod de juribus oppignoratis non possit accipi, pariter natura rei, & litera restrictivè explicanda insinuat; Utrum vero Senatus pluribus, quam quos hypotheca ferre potest, illam oppignorari patiens, ad interesse teneatur? *Quæstio*



Quæstio Domitiana est, quis hypothecam publicam postulant scire debet cum quo contrahit. Absit igitur hac vice cum BERLICHIO sensisse.

§. XII.

Hactenus bene; Sed jam quærendum: *An hypotheca extra iudicium, solo pacto constituta, sit nulla? Respondemus, quod, quia totius Juris Lubecani ratio status est fidei augmentum, nunquam alia potuerit esse mens statuentium. Secus enim iterum magis fides falleretur & elevaretur, quam amplificaretur. Non satis recte igitur Praxis stabilivit, quod quidem valeat qua effectum inter creditorem & debitorem, pariter & qua actionem hypothecariam, adversus tertium, imo & adversus nudos chirographarios, non vero adversus tertium creditorem, qui hunc textum observavit. Nos manemus in verbis: So istis kassig und besidndig, quæ non nisi unicum patiuntur sensum contrarium. Noluit itaque Jus Lubec. ut aliquis possit chirographa privatis roborare hypothecarum constitutionibus, & nullos, nisi lege speciale expressos, præferri voluit. Plurima enim nomina, quæ mercatores contrahunt, sunt chirographaria, quæ juxta hunc Tit. cum privatis hypothecis pari jure gaudent. Sit venia dissensui. Tandem notetur ad nostrum scopum illustris dispositio: Das alles, was ein Verschuldeter 4. Wochen vor der Flucht thut, ipso jure null und nichtig seyn solle. Notanter scribimus ipso jure; Nam & ante menssem gesta sunt actioni Paulianæ juxta ejusdem requisita vulgaria. An præterea statutum Lubec. etiam requiratur, si res vendita, & residuum mansit pretium sub hypotheca, quoad effectum præsertim prælationis in concursu creditorum? An forte distinguendum sit inter generalem & specialem hypothecam? Satis indagavit MEYIUS, a quo in hoc passu dissentire, temerarium foret; Quia, dum de augmentis fidei agimus, omnino cum eo sensisse e re nostra est.*

An hypotheca constitutio extrajudicialis nihil operetur.

§. XIII.

*Auger si-
dem Pra-
scriptionis
rigor.*

Qua praescriptionem durum iterum *Lib. III. Tit. 6. art. 2.* juncto *art. 1. Tit. 8. Lib. 1.* videtur multis Jus Lubec. primo, quia non distinguit inter res mobiles & immobiles, cum tamen illa distinctio Juris Romani suis non destituatur ponderibus; Et secundo, quia nimis angustum ponit terminum; Sed salva iterum res est. Totum fundamentum praescriptionis est poena negligentiae, & ne dominia sint diu incerta. Puniatur igitur illius negligentia, minimum qua actionem realem, qui per annum, dum praesens est, & nicht über See und Sand, i. e. extra fines jurisdictionis illius, & quidem qua urbes praeter Lubecam, extra provinciam, v. gr. Megapolin, inventarium rerum suarum non perspexit; Nec juvet eundem, quod res furto ablatae sint, si nempe praesens fuit, *vid. qua casum specialiolem art. ult. Tit. V. Lib. VI.* Fides augetur in commercio, si quis domos, fundos & alias res emerit ab eo, qui illas possedit ultra annum. Tutior enim est adversus actiones reales, quam ille, qui sub jure Caesareo gemit. Restringerit *B. MEVIUS art. 2. Tit. 6. Libr. III.* dispositionem ad venditiones cum resignatione factas, id, quod de certiori dictum; Quod autem diem pro spatio 24. horarum accipiat, & quod nolit eundem capi pro termino Saxonico, non est nostri calculi, ob popularem Juris antiqui testem locutionem: Conf. *B. KOLLII Recht-Buch ad hunc art. qui ipsi est CXI.* ita scribens: *Serner weil in diesem Articul von Jahr und Tag geredet, soltu auch allhie wissen, das Jahr und Tag sey sechs Wochen und ein Jahr.* allegat Jus Saxonicum, ex quo, ceu notorium, passus hujus juris sunt desumpti. Conf. *B. STRYCK. Us. Mod. tit. de Usucap. §. 5.* Utrum de re furtiva valeat videbatur negandum quia absentibus adeo favet articulus, nisi constaret vi textus de Praxi Lubecensi: Requisita praescriptionis in genere exigi, nemo vocabit in dubium. Regressum interea adversus venditorem merito & nos concedimus ad interesse: quod idem dicendum, qua credito;

creditorum hypothecarium, postulant verba generalia: *Will jemand ansprechen, & argumentum a majori ad minus.*

§. XIV.

In materia aliorum contractuum multa sunt præstantie hujus juris documenta, quæ propter hujus scriptionis methodum paucioribus exponimus. Circa emtionem venditionem incomparabilis est modus resignationis judicialis: *Angotar fides variè in contradictionibus aliis.* Der Ger. Hellig. Aufflassung, de qua *Lib. III. Tit. 6. art. 1. & Lib. V. Tit. 6. art. 1.* Iremus ex merito in amplas hujus modi laudes, nisi daretur de eadem resignatione exascatissima *Differatio B. Cancell. de KLEIN, Juri consummatissimi habita heic Rostochii.*

§. XV.

Spestat huc etiam illud, quod circa regulam: *Hand muß Hand wahren*, & de pignoribus & hypothecis jam jam est expositum. Jungatur ille passus de prælatione depositi, scilicet regularis, quod propter perfidiam depositarii non amplius extat, in concursu creditorum juxta *Lib. III. Tit. 1. art. 12.* Quæ enim jus commune hoc casu, qua collocacionem in quartam classem & exemptionem a concursu pro rata, disposuit, bene equidem se habent aliquadantenus, verum hic lautius est fidei stabilimentum; Et quia deponens adeo securus est, non adeo est inconveniens interpretatio quam *ex Lib. III. Tit. 2. art. 2.* elicimus, vid. *MEVIUS* ibidem, utut dissentiens, quod tertius rem depositam emens ad versus actionem realem tutus sit; Sed videantur superiora.

§. XVI.

Et dum de concursu creditorum sermo nobis est, aliud incidit in Mentem fidei augmentum ex *Lib. III. Tit. 1. art. 11.* ubi nimirum creditoribus, qui usuras sibi annuatim solvi non curarunt, ultra unius anni usuræ non assignantur eo loco, ubi de sorte agitur; Et quamvis haud dissimulari queat, præsertim propter *art. 8. & 19. Tit. VI. Lib. III.* quod de annuis redditibus, non de usuris sit sermo in textu, quia scilicet *Et illustratur ex concursu creditorum ditorum singularibus.*

agitur de praelatione quadam, quam ex particula dominii habet condominus; Tamen Praxis est notoria de usuris, & nostra dissertatio simul est concepta de iis quæ in Praxi Lubecensi obveniunt. Conf. interea dispositio *Lib. III. Tit. 7. art. 1. Tit. 8. art. 3.* ubi, per dupli præstationem coercentur morosi. Belle satis; Nam per juris communis indulgentiam morosi sunt debitores, & negligentiores rerum suarum custodes; Si autem post elapsum terminum unius anni debitori nulla conceduntur halcyonia, sed urgentur usuræ, promptior & sollicitior est in laboribus suis, ne propter moram suam renunciatur fors, & eo ipso prodatur rei familiaris conditio fidesque apud alios hunc creditorem secutos pariter desinat. Verum, & a priori fuit ex hac dispositione commodum insigne, nam sub jure Communi viro qui fundos & facultates usque ad 2000. e. gr. habet ne quidem tuto sub nexu publico, postquam jam notorie debet 1000. credi possunt 300. id quod tamen sub Jure Lub. fieri potest sine multis scrupulis.

§. XVII.

Recte restringantur sumtus funeris oberatoram.

Adjicimus merito restrictionem sumtuum funeris factam *art. 11. Tit. 1. Libr. III.* Turpiter enim sub jure communi hodie sepeliuntur cum pompa syndoni involati, turpiter eundem lugent tot pedisequi & equi rotæque currum, cujus facultates cras curatores bonorum merito redigerent in inventarium, Humetur igitur pro 40. marcis Lubecensibus sine luce & cruce qui tot cruces aliis figit. Et quidem intelligatur hoc de sumtibus funeris debitoris, nam ad ejus familiam cum praxi communi idem ne quidem extendere jubet ratio status.

§. XVIII.

Pluralitas creditorum non præjudicat reliquis.

Spectat ad hunc censum etiam illud, quod longe aliter enim sit Jus Lub, *art. 13. Tit. 1. L. III.* ab illis passibus Juris Justiniani & nonnullorum Jurum e. gr. Wurtenbergici, de quo speciatim scripsit *B. LAUTERBACH*, vi quorum inter Creditores juxta pluralitatem votorum sit decisum in



in favorem debitoris obærat, eo effectu ut quod majori parti placuit vel qua remissiones proportionatas vel qua dilationes, stringat partem minorem. Recte manemus in regula, quod quæ singulos afficiunt, pluralitati votorum non sint obnoxia *l. ult. C. de autor. præstand. l. 8. 10. ff. de aqu. plu. ars.* Quæ præterea qua prohibitam gratificationem uni creditorum etiam a moribundo faciendam disponuntur *Libr. III. Tit. 1. art. 3.* ea non putamus esse aliena a juris Rom. *iii. Quæ in fraudem credit.* Qua occasione dixisse placet, Magnum **ÆVIUM** in suo Commentario ubique esse amplum in exponendis iis quæ sunt equidem vera & utilia ast non spectant ad interpretationem Juris Lubecensis: Certe Commentarius hicce Mevianus dimidia minor esset, si ea abessent, quæ ex hoc libro expectare quis non posset. Verum hæc dicta sunt in gloriam *B. VIRI*, plus enim hac lege in nigro est quam in rubro, & quoties materiam juris communis tractat, adeo solidus atque distinctus est, ut omnes superet. Exemplum præbeat hicce articulus de gestis in fraudem creditorum; Monstretur alius qui hanc spinosam causam tam egregie exposuerit.

S. XIX.

Vide igitur Tu, qui Jus Lubecense taxare soles, quod omnia collineent ad augendam fidem civium quos simul laboriosos vigilantes & accuratos volunt reddere hæc statuta. Inspiciatur illustrissimus omnium textus *Art. 1. Tit. 1. Libr. III.* Wenn unter Bürgern und Einwohnern umb gelehet Geld und liquidirter Schuld gellaget und beweiset wird, soll dem Beklagten ersilichen 14. Tage darnach 8. Tage zur Bezahlung Frist gegeben werden. Bezahlt er alsdenn nicht, so muß er bey Sonnenschein Bürgen stellen oder selbst Bürgen werden id est in carcerem ire. Sic juvat promovere fidem civium; sic juvat rariores reddere illos qui novo quodam se defendunt brocardico: Laß den sorgen der es wieder haben will, & qui in multam voluptatem vertunt quæ ipsi creduntur, scribentes welches ich in meinen mercklichen Nutzen verwandelt & intelligentes gulam & ventrem qui quotidie senferunt

Auger fidem civium durus modus procedendi adversus debitors.

inil
&
u.
7.
tur
am
cu
bbi
æ.
no
ris
pa
one
un
om
test

fa
nu
rpi
un
ent
nfi
em
ejus
lere

ali
ju
de
rum
tum
in



quam dulce sit phalerum. Cogitetur hoc ipso de articulo immediate sequenti secundo, ubi disponitur: *Das der nicht einhält nach dem Tage seinem Creditori wieder so viel Geld so lange leihen soll, als er nach dem Tage gehabt.* Hic textus, crediderim, adhuc virgo est, nam quia non habet dotem non invenit procos. Intentio interea statuentium laudanda est, & iterum recurrit illa ad centrum nostræ dissertationis. Conferantur alii textus servitutem debitori imponentes præsertim *art. 1. Tit. 3. Libr. 1.*

§. XX.

Angewandt in passibus de fidejussoribus.

Qua accessoriam obligationem, quam dicimus fidejussoriam, multa habet Jus Lubecanum, quæ fidem & commercium augent; Sic enim *Libr. III. Tit. 10. art. un.* Vom Befehlich welcher Rahts weise geschicht ad interrogationem alias non vendituri & fidem habituri commendans emturi-entem, tenetur ut fidejussor. Notanter scribimus, ad interrogationem alias non vendituri: Nam ita omnino pariter ut in cæteris observationibus Mevianis erit capiendus articulus ob verba: *Will jemand einem Frembden sein Gut nicht verkauffen* * * tali ratione non multum distans a sensu *L. 13. S. 3. de act. emt.* Vid. ampliff. *FINCKELTH. Obs. 16.* Porro *Tit. V. art. 1. Libr. III.* Fidejussor ad certum tempus adeo arcte confringitur, ut beneficio excussionis privetur; Et quamvis *B. MEVIUS* hoc ipso textu non excludi illud commune juris Justiniani beneficium putet, tamen tota hujus juris ratio status id postulat, ut hac vice ab ipso dissentiamus, præsertim & eapropter, quia alias nihil quasi hic articulus statueret, quod non per se aliunde satis clarum. Nec obstat quod in nonnullis locis ubi Jus Lub. viget, beneficio hocce uti in praxi permittatur, nam teste Camerario heic Rostochii tunc temporis ita facta est interpretatio articuli, uti nos eundem capimus. Imo quamvis in sede hujus Juris forte interpretatio usua'is sit Mevianæ conformis, tamen nos tantum urgemus genuinam statuentium mentem. Conspirat cum nostro dissenso Praxis Communis qua mercatores, quos



quos fidejubentes pro mercatoribus illo beneficio privatos
novimus & quidem ex ratione, quam ipse Mevius urget,
ab utilitate publica & præcipua fide, quæ in illis abundare
debet, sine respectu ad apices juris. vid. largiter allegati
n. 10. Nil juvat B. Virum n. 36. adhibita cum cæteris hujus
juris principiis ex analogia dimicans ratio, quod statutis ad-
scribenda non sit abrogatio favorabilis beneficii.

§. XXI.

Lepida est Juris communis dispositio, quod unus ex
fidejussoribus solidum solvens non habeat, sine cessione, &
quidem prævia, vid. B. SCHOEFFE Synops. Tit. de Fidej. n. 51. sq.
regressum adversus confidejussorem vid. §. 4. l. l. 26. & 39. ff.
l. 1. C. de Fidejuss. Recte igitur consuluit fidei Jus Lube-
cense art. 2. Tit. V. Libr. III. dum ipso jure regressum largitur
per actionem scil. negotiorum gestorum, quippe quæ ubique
locum habet, quoties alterius ratam præstationis ipso etiam
non rogante & infcio aliquis simul exsolvit. Conf. l. 2. C. de
duobus reis Lubecano juri haud obscure ad stipulans.

Quod ulterius exponitur.

§. XXII.

In modo procedendi in judicio haberemus omnino
varia nostrum thema illustrius reddentia, sed urgent alia
finis impositionem; Hinc tantum in laudes judicii summarii
in causis actorum peregrinorum des *Gast-Nechts*, quod
Libr. III. Tit. 4. art. 7. designatur, per generalia ire lubet;
Accurate idem genus processus, uti cum laude asserit MEVI-
US ad dist. art. heic ROSTOCHII juxta Ord. Judic. Libr. II. Tit.
Spec. est determinatum; Vid. Consult. Dn. D. MOELLERI
Favoris ac Amici nostri humanissimi nupera diss. Spec. in hac
Acad. habita vom *Gast-Nechts*.

Angetur fides durch das Gast-Necht.

§. XXIII.

Possent, ut omnibus scrutatoribus constabit, adhuc
varii passus erui & in hunc censum referri v. gr. dispositio
art. 7. Tit. I. Libr. IV. de Natis, aurigis, tabellariis & aliis qui-
bus res conceduntur aliorum transferendæ; vid. Dn.
PORTHUSEN l. e. diff. §. Sed sufficiant hi passus pro ratione
instituti.


Dabuntur aliis plura momenta.

§. XXIV.

Forte autem posset excitari ingenium, quod colligere eniteretur passus nonnullos, qui plane contrarium invehent, nempe positiones Juris Lubecensis fidem civium minuentis; Sed ea in nobis est confidentia, ut talia apparentia per explicationem genuinam ad nostrum adeo scopum trahi posse, credamus. Placet speciminis loco unum exemplum expromere.

Non possunt alienari bona hereditaria Erb-Güter: Sed qui considerat florem & conservationem familiarum, & praesertim addit, quod adversus creditores non juvet conditio honorum, imo quod ad res mobiles non extendatur, non solum non impedimenta sed augmenta fidei palpabit; Non enim prohibita simul est oppignoratio rerum avitarum, & quae sunt alia, vid. *MEV. addit. ad Tit. X. art. 6. Libr. 1.* Quod plurimis in locis ubi Jus Lub. viget, hic passus de restricta bonorum hereditariorum conditione, non sit in usu, ex Mevio qua Rostochium nostrum & alia nonnulla vicina loca patet. De Civitatibus Pomeraniae vid. amplissimis *Exc. Dn. HELVIGIUS JCtus Gryph. de Non-Uso Juris Lub. in Civit. Pomer. hab. 1733. p. 17.* Parem farinam vehunt reliqua; e. gr. de prohibita alienatione & oppignorazione in non-civem; Sed vide *MEVIUM ad Lbr. 1. Tit. 2. artis.* & moti componentur fluctus. Unicum interea annotare verum nostrae disertationis contrarium momentum lubet, scilicet de perpetua feminarum curatela; Sed quia Saxones in Comitibus publicis frustra de hujus abrogatione solliciti haecenus fuerunt, vid. *Exc. Dn. LFYSER Medit. spec. 350. med. 2.* sub jure Lubecensi forte non deficit theoria nobis consona, sed praxin impedit alia ratio status. De Libris Mercatorum haberemus observanda ad *Libr. V. Tit. 6. art. 4.* sed transeant hac vice.

S. D. G.



MANTISSA.

1. **P**ublicavit Anno 1731. *Dn. Nic. Goshofr. Steuernagel Memorabilia Statutorum Lubecensium & Hamburgensium harmonico-axiomatice*; Scripsit idem in rubrica: *Mit Approbation der Rostockischen Facultet.* Constat autem hac voce omnibus, quod, quamvis ille labor suo dignus sit pretio, tamen nunquam Facultatis Jurid. Rostochiensis approbatio sit desiderata.
2. Quod Communio bonorum mortuo Patre præsertim continetur de Jure Lubecensi usque ad secunda vota, fidem admodum auget civium. Vid. omnino *Consultiss. Dn. D. TADDELI* Fautoris & Amici nostri suavissimi *Diss. inaug. Præs. Ill. Dn. Consiliario CARMON Antecessore heic famigentissimo nobisque multis nominibus venerabili habita Anno 1733. Sect. IV. §. 2.*
3. Non est superfluum uxores liberos habentes cum solennitate fidejuberè pro maritis.
4. Si sub Jure Lub. viventes Conjuges habent bona alibi sub Jure Cæsareo sita, illa regulariter non sunt in communione, nec quoad favorem creditorum, nec qua effectum portionis statutarie.
5. Si uxor nihil habuerit tamen accipiet portionem statutariam; Hoc efficit. entis affectio.
6. Quamvis ergo maritus nihil habeat tempore initi matrimonii, tamen hæret bit uxor in onere æris alieni durante matrimonio contracti.
7. Si Maritus constante matrimonio ex uxoris bonis solvit debita ante matrimonium contracta, uxori competit condicito indebiti.
8. Quæ constante matrimonio uxor titulo lucrativo aliunde acquisivit, & non realiter intulit in communione, non fieri communia, tradit *Exc. Dn. VOGT in diss. spec.* Nos de hac quæstione, si placet, publice.
9. An Conjugibus in pactis dotalibus liceat renunciare communioni bonorum? *Aff. Consult. Dn. Lie. ZERRAHN diss. inaug. de Communione bonorum Cap. 3. §. ult. Legatur omnino Exc. Dn. VOGT diss. cit. p. 21.*
10. Æs alienum mariti non solvendum aus *gemeinem Subst*; sed excutienda prius sunt mariti bona.
11. An Civitates, in quibus Jus Lubecense est ex privilegiis ante secula receptum, gaudeant etiam his quæ per revisionem Anno 1582. factam illi inserta & mutata sunt? Gravis est quæstio, quam nisi obstaret Praxis in vna consuetudinis, merito negaremus.
12. Uxor non tenetur ex suis bonis solvere debita quibus maritus jam oneratus erat ante matrimonium.
13. Maritus etiam uxoris creditoribus qui assistentiam juris habent, satis facere debet.
14. §. fil. 4. *Df.* in Jure Lubecensi significat nihilum; Ergo erraret cum *B. Steinwigio* omnino, qui quartæ Falcidie tali casu locum faceret.

15. Pariter curiosa illa quantitas drittehalb Pfenninge pro quibus fidejube-
re potest femina, idem est ac pure negativa propositio; Ita enim Veteres Ger-
mani loqui & ludere amabant.

16. Hodie hoc jure alienationem non impedit das einer seines Glieder nicht
mächtig ist und kein Mark Pfund Löchiges Goldes böhren kan.

17. Quæ alias probatissimus Vir B. Joach. Kollius J. U. D. & Consul Crem-
pensis in scripto sub tit. Rechtbuch, publ. 1586. habet inter art. 143. &
144. de non damnandis propicidis, quia habendi pro occisis a Sathana
tanquam latrone, ea censuram gravissimam merentur.

Prænobili & Humanissimo

DOMINO RESPONDENTI,

Amico atque Auditori suo studiosissimo, Salutem p. d.

PRÆSES.

Multam mihi excitasti voluptatem *Ocelle Nerrelblatti!* cum ante aliquot
dies significares te non sine specimine responso publico hinc disce-
dere velle. Macte Virtutem! Ito & illam laudem quam nuperrime & ante oppo-
nendo tibi apud illos conciliasti qui non sunt ex gente sesquipedalj & æmulla
invenfa respondendo nunc amplifica. Quæ ego hac occasione in tui laudem
alleganda habeo, hæc sunt, quod nullus studiosus unquam fuerit te magis assu-
duus, quod nemo te fuerit modestior unquam. Ergo quia proficis in literis &
moribus simul, eris Tuæ Patriæ & Familiæ apud nos Patriæ certissimum orna-
mentum. Intuere Majores, Reipublicæ hujus fulcra eximia ultra ducentos an-
nos, observa *JACOBUM* Anno 1525. *CHRISTIANUM* Anno 1555. *HER-
MANNUM* Anno 1582. in Senatum cooptatos; Intuere, quod ad nostra tempo-
ra hoc nomen manserit in benedictione, id quod *B. Dni. AVI JOHANNIS* & ve-
nerabilis Tibi Domini Parentis *HINRICI*, Fautoris mihi certissimi splendida si-
gni fiant munia; Intuere simul maternæ lineæ illustria atque celeberrima nomina
DOREKSLANA & habebis exemplaria imitationis fulgidissima. Abi sub voto,
sed recti sub plausibus, ut eam mihi vindicare queam voluptatem quod te ad
Cathedram duxerim superiorem. Abi ad vicinas Musas Gryphicas, quorsum
te merito allicet illustre nomen famigeratissimi *J. Cti*, agnati tui deamatissimi;
Nulli ille Vir excellentissimus largius patefaciet suæ doctrinæ thesauros quam
Tibi ocello suo. Sed nosti affectum, quapropter paucis tantum adjicio: Abi &
auge tua studia; Auge, inquam, eadem, nam non sine studiis dimitteris; Ergo con-
fido, te post annum vel annos redeuntem non cuidam extraneo tributurum Infun-
dibulo quæ scire te senties, sed aliquid de te hæc merendi studij Academiæ con-
cedes patriæ; Hoc tua pietas erga Academiam patriam & Tuos hæc cordatos
Præceptores me sperare sinit. In genere autem allabora ut nil sit tibi in con-
clusionem quod non fuit in præmissis. Sapientibus satis. Dabatur mediam in-
ter positionum harum extemporaneam in chartam conjunctionem.

✠✠✠ (o) ✠✠✠




o.
rit
o-
is
ue

n,
ex
el-
so.
p-
st
de
fi-
de
m
u-
ata
vel
m,
on
ie,
r-
lit,
st,

cio
ue
n-
cu-
li.





Rostock, Diss., 1733-35

ULB Halle
007 790 481


3



W18 W18 Band 12







Hist. lit. 4. num. 12.

JURIDICA,
NTIA JU-
ECENSIS

1734, 5.
13

I AUGENDAM,
übische Recht außneh-
Credit- Wesen,

am
SECUNDANTE
rum Ordinis
XIV. d. i. Maji

OH. FRID.

itzel,
ue INSTIT. PROF. ORD.
Suorum Humanissimo,

IAE PATRIÆ
O MAXIMO
Q. C.
os discursus
ndet



ELBLADT, Rostoch.
Stud.

CHII,
OVII, Ampliff. Senat. Typographi.

